Propria domini Regis

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc Memorie commendamus tenore presencium significantes
Omnibus expedit universis. Quod nos attentis et consideratis fidelitate fidelibusque serviciis ... meritis fidelis nostri
Egregij et Agilis Nicolai Kornijs, per eum sacre primum huius Regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum
et temporum diversitate non parcendo rebus et persone suis, cum summa fidelitatis constancia et integerrima animi sui
sollicitudine exhibitis et impensis, tum igitur ex eo, tum vero pro illis sex millibus florenorum per nos A prefato Nicolao Kornijs
paratis et Numeratis in pecunijs ad presentes necessitates nostras expediendas levatis et receptis totales possessiones nostras Darocz et
Kazza nominatas in partibus Regni nostri Transsilvanie existentes ad civitatem nostram Zekelhom pertinentes, easdem possessiones
Darocz et Kazza ab ipsa civitate nostra Zekelhom segregando simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinencijs quibuslibet
terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris pratis pascuis campis fenetis silvis nemoribus montibus vallibus vineis
vinearumque promontorijs aquis fluvijs piscinis piscaturis aquarumque decursibus molendinis et eorum locis Generaliter
vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis Nominis vocabulo vocitatis ad easdem possessiones
de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinentibus sub suis veris metis et antiquis existentibus Memorato Nicolao Kornijs
ipsiusque heredibus et posteritatibus universis dedimus donavimus inscripsimusque et contulimus Immo damus,
donamus inscribimusque et conferimus Jure perpetuo et Irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, Salvo Jure
alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum Mediante. Quas In formam nostri privilegij Redigi faciemus
dum Nobis in Specie fuerint Reportate Datum Thasnadini In crastino festi Beate Katherine virginis et Martiris
Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo. Regnorum nostrorum predictorum Anno Secundo

7,

R.P.R. SERV. ARHIVELOR STATULUI CLUJ
DEPOZIT

49

Darócz és Kacza
Donatioja Kornis
Cum Inscriptione &c.
Királytol Anno

riánt való
Miklosnak
6000. János
1527.